



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117964**

§. 53. Epistola Bernaldi Constantiensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](#)

**Sæculum XI.** atque ob tanta crima a Sede Apostolica  
A.C. 1090. excommunicato nulla in nos Catholicos po-  
testas esse potest. Non eum amplius fra-  
*Psal. 138. 22.* trum nostrorum numero accensemus, sed  
illo odio perfecto prosequimur, quo Psal-  
mista Dei inimicos aversabatur. Quod  
vero dicas, Gregorium Papam, Rudolphum  
Regem, & Marchionem Egbertum misere-  
periisse, & Domino tuo gratularis, quod  
iis superstes & incolmis adsit, eodem ju-  
re felicem Neronem dices, quod SS. Petro  
& Paulo occisis supervixerit, beatum præ-  
dicabis Herodem, S. Jacobo capite plexo,  
luce fruentem, & Pilatum Iesu Christo  
Crucifixo inter vivos ambulantem. Hæc  
epistola abundans felle, & ulcerato ani-  
mo scripta, illo falso principio nititur,  
Regem improbum non amplius vere Re-  
gem esse. (\*)

### §. LIII.

*Epistola Bernaldi Constantiensis.*

Bernaldus quoque Presbyter Constan-  
tiensis

(\*) Nec Catholici, nec Schismatichi illius æra  
tis Jura Regis & Jura Ecclesiæ satis distinxisse vi-  
dentur. Si Fleurii principium & regulam te-  
nuissent, in Schismate Regi obediendum fuisset in  
Temporalibus & Summo Pontifici in Spirituali-  
bus, implevissent Præceptum Domini: Reddite  
ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei  
Deo. Matth. 22.

tiensis Catholicæ Partis Defensor zelosus Sæculum XI.  
in Germania extit, cuius longam Episto- A.C. 1090.  
lam de necessitate vitandi excommuni- ap. Tegnagel  
catus ad Gebhardum Abbatem Scaphu- p. 239.  
sinum datam habemus. In ea adnotat  
varios gradus eorum, qui vitandi sunt,  
scilicet reum, complicem, & illum qui  
cum iis communicat, atque etiam diver-  
sos communicandi modos, Salutationem,  
osculum, orationem, & mensam. Re-  
fert deinde Regulas de Absolutione a  
Censuris, & qua ratione tam circa Cle-  
ricos quam Laicos fuerint ab Ecclesia  
mitigatae. Tandem Leges enumerat,  
quibus Ecclesiastica Disciplina superstru-  
cta est, nempe Canones Apostolorum,  
Decreta Pontificum, Concilia Generalia  
& Provincialia, in quibus ea, quæ illo  
modo magis nota erant, occurrunt. Epi-  
stolis Decretalibus omnes illas, quas Col-  
lectio Isidori complectitur, & quarum  
valorem tunc nemo vocabat ad trutinam,  
accenset.

De earundem auctoritate differens  
dicit; Apostolos eorumque Successores  
statuisse, Episcopos nunquam aut non  
nisi difficillime accusari debere; cum  
vero ipsemet perspiciat, hanc disciplinam  
nec Niceni, nec sequentium Conciliorum  
Decretis esse consentaneam, rationes af-  
fert, quas persecutionum tempori con-  
gruere putat. Illud quoque Bernaldus

Qq 3 fate-

p. 259.

Sæculum XI. fatetur, in Concilio Niceno Translatio-  
A.C. 1090. nem Episcoporum suisse vetitam, sed ad-

*p. 277.*

*Sancti Pontifices Evaristus, Calli-  
stus, & Anteros ante Concilii Niceni  
tempora docuerunt, licetam esse Episcopo-  
rum Translationem, si modo ambitio lo-  
cum non babeat, sed Ecclesiæ utilitas vel  
necessitas id exigat.* Hic videmus, quam  
immediabile vulnus falsæ Decretales  
Disciplinæ Ecclesiasticæ infixerint, dum  
auctoritate, quæ antiquior credebatur,  
Statuta sanctissima subverterent.

*Bertold.* Henricus Imperator hoc anno in Lon-  
gobardiam movit, ac W elphonis Duci  
Ditiones igne ferroque vastavit. At ille  
Mathilde Principe, Conjuge sua, hortan-  
te Catholicorum causam non destituit,  
sed Henrico forti pectore obstitit. Dum  
hoc bellum geritur, Godefridus Episco-  
pus Lucensis Papam consuluit, an illis  
Pœnitentia esset injungenda, qui Excom-  
municatos occidissent. Respondit Papa:

*23. q. 5. c. 47. Injunge eis pœnitentiam conscientia ipso-  
rum congruam, ut ex Ordine Ecclesiæ Ro-  
manæ didicisti. Non enim homicidas il-  
los esse existimamus, qui fervore ulcisen-  
di injurias Ecclesiæ Matri illatas non nul-  
los excommunicatorum interfecerunt. (\*)*

*Nibilo-*

(\*) Nempe in bello & auctoritate publica.  
Nam dicere, quod liceat privata potestate, ex  
melo

Nibilominus, ne Disciplina Ecclesiastica Sæculum XI.  
negligi videatur, injunge eis pænitentiam, A.C. 1090.  
eo modo, quo diximus, ut si quid humanae  
fragilitatis in illo impetu mixtum fuerit,  
Dei Justitiam placare valeant.

§. LIV.

Berengarius Archiepiscopus Tarraco-  
nen sis.

Eodem anno millesimo nonagesimo Ur-  
banus Papa circa Festum Pentecostes <sup>Bertold.</sup> 1090 <sup>Rode-</sup>  
Concilium Tolosæ a Legatis suis cele- ric. VI. hist.  
brari jussit, in quo Episcopis diversarum <sup>c. 27.</sup>  
provinciarum præsentibus complures ab- <sup>to. 10. Cone.</sup>  
usus abrogati. Episcopus Tolosanus cri-  
mina sibi objecta Canonice diluit, &  
precibus Regis Castiliæ datum, quod Le-  
gatio Toletum fuerit adornata, quæ in  
illa urbe collapsam Religionem erigeret.  
Bernardus vero Episcopus Toletanus,  
Roma in Hispaniam rediens, huic Con-  
cilio cum Cardinale Rainero, qui Lega-  
tus in Hispaniam mittebatur, interfuit.

Rainerius in Catalonia delatus, no-  
mine Papæ recepit donationem Beren-  
garii Comitis Barcinonensis, qui Eccle-  
siæ Romanæ urbem Tarragonensem pro-  
priam fecit, professus, quod ipse & Suc-  
cessores ejus eandem deinceps more Va-

Q q 4 fallo-

zelo quocunque, excommunicatum occidere,  
nefas esset.